

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nicodemi Frischlini Oratio de scholis et gymnasiis aperiendis

Frischlin, Nicodemus

Tubingae, 1627

[urn:nbn:de:bsz:31-107394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107394)



Nicodemi Frischlini

3

ORATIO


DE SCHOLIS ET GYMNASIIS

aperiendis, & simul tempestatibus,
quibus affliguntur, aver-
tendis:

HABITA BRVN-
SUIGÆ: ET AN-
te hac nunquam publicè vi-
sa; nunc in lucem
protracta,

à

FRIDERICO HERMANNO
Flaydero.



TUBINGÆ,

Typis Philiperti Brunnii, *AVS*

M. DC. XXVII.

1627

I.



FLORENTISSIMÆ

Vlmenſium Scholæ

Reſtori dexterrimo,

DOMINO

JOHANN-PHILIP-
POEBELIO, GIES-
ſenſi, &c. Amico ſuo maximoperè
colendø offert hanc Ora-
tionem

M. FRIDERICUS
Hermannus Flayder.

P. CÆS. PROFESSOR
LATINO-GRÆCVS,
& inclytæ Tubingenſium Vniuer-
ſitati à Bibliothecâ.

Quamprimùm hæc vacuas
Oratio cœpit ad auras
E tenebris letum, me duce,
ferre caput.

A 2 Pro-

*Protinus Ulmensem Rectorem in
vota vocavit:*

*Implorans tanti robur opemq;
viri.*

*Hinc quae Frischlino potuit patre
vivere nunquam*

*Haec tenens in denso iussa jace-
re situ:*

*Nunc didicit nigra squallorem
pellere mortis,*

*Ebeli eximium nata patro-
cinium.*

O R A.



O R A T I O.



IMOTHEUS
 Atheniensium Dux
 & Imperator, cum
 floreret omninò rebus se-
 cundis, & facilimè urbes ca-
 peret, neque satis scirent
 Athenienses, quo eum hono-
 re potissimùm dignarentur,
 ob summam viri admiratio-
 nem: in Platonem aliquan-
 dò incidit: qui extra mœnia
 cum quibusdam discipulis
 & notis ambulabat. Cumq̃;
 videret eum gravè aspectu,
 & latis humeris virum esse,
 cæterùm vultu perbenignū:
 differentem verò non de pe-

A 3 cu-

cuniarum cōtributione, neque de triremibus aut nauticis rebus, neque de supplementis, aut quemadmodum auxilium esset ferendum, neque de tributo sociorum, neque de Insulanis, aut similibus nugis, aut ineptiis, sed de illis, quæ profitebatur Plato, & in quibus omne studium consumere solebat: dixisse Timotheus fertur: ô vitam & verè felicitatem! Existimabat enim eos, qui in scholâ philosophantur, & rectè officium faciunt, tam docèdo, quàm discendo, verè esse fortunatos homines, se verò, qui non in istis, sed in oculis Atheniensium versaretur, verè esse infelicem homi-

minem. Non frustrà est, Re-
 verendi Patres, Viri Clarissi-
 mi, Doctissimi, Prudentissi-
 mi & Humanissimi, non fru-
 strà est, quod hæc verba in
 memoriam vobis revoco,
 quæ de Timotheo isto, duce
 Atheniensium felicissimo, in
 monumentis veterum le-
 guntur. Nam quantum è
 sermonibus, & nutibus ve-
 stris, hodiè intelligere potui,
 etiam vos, postquam me de
 studiis scholasticis dicen-
 tem tam attentè audivistis,
 non tam me meosque colle-
 gas, quam liberos vestros
 beatiores jam judicatis, qui-
 bus isthæc ævi felicitas con-
 tingerit, ut quæ vos maguo

A 4 olim

olim labore , primùm in
 scholis perperam didicistis,
 & mox usu sermonis & le-
 ctionis bonorum autorum,
 rursus dedidicistis, ea liberi
 vestri jam neque malè disce-
 re, neque benè dediscere, sed
 in præceptis optimarum ar-
 tium , & in lectione bono-
 rum autorum rectè utiliter-
 que possint deinceps institui.
 Neque enim hæc postrema
 felicitatis nostræ pars est , à
 teneris unguiculis , habere
 probos atq; industrios edu-
 catores, & pædagogos; à qui-
 bus domi & foris laudabili-
 ter instituemur & erudia-
 mur. Nam hoc est , quòd
 Philippus Macedonum Rex,
 in

in suis ad Aristotelem literis
 quibus ei filium Alexan-
 drum recens natum, educan-
 dum tradit, in hæc verba
 scribit: Filium, inquit, mihi
 genitum scito; quod equi-
 dem Diis habeo gratiam:
 non perindè, quia natus est,
 quàm pro eo, quod eum na-
 sci contigit temporibus vitæ
 tuæ. Spero enim fore, ut
 eductus, & eruditus abs te,
 dignus existat, & nobis, & re-
 rum istarum successione.
 Hæc Philippus ad Aristote-
 lem scripsit, & verè scripsit.
 Nam si ipsimet Aristoteli
 credimus, qui liberos rectè
 instituunt, multò sunt hono-
 rabiliores iis, qui tantùm ge-

A 5 nue-

nuerunt. Propterea quod ab
 his contingit liberis vivere,
 ab illis bene vivere. Ex quo
 viri prudentes intelligunt,
 quantum sit in pædago
 bono & probo, satisque in-
 dustrio, & in laboribus per-
 ferendis indefesso, positum.
 Probum verò virum esse
 oportet, qui discipulos se
 probiores esse velit: & do-
 ctum, & literis haud medio-
 criter tinctum, qui, quod no-
 vit, alios quoque docere ve-
 lit. Quantum enim damni
 afferatur, & quanta calami-
 tas accidat horto scholasti-
 co, nisi idoneus illi præficia-
 tur colonus, qui operas fa-
 ciat, suo quoque tempore, id

ex

ex hodiernâ oratione plus
 satis, ni fallor, intellexistis. #
 Et profectò, non reficit me
 parùm, quod ipse etiam è vo-
 bis intelligo, gratam esse vo-
 bis, & probari maximè hanc,
 de quâ hodiè verba feci, do-
 cendi rationem. Ubi enim
 ordo iste servatur in lectio-
 nibus, & ubi cuivis ætati tra-
 duntur, quorum est capax:
 & ubi neque defunt necessa-
 ria: & ubi Classis una alteri
 manum ita porrigit, ut dixi: 27
 ibi fieri non potest, quin alius
 consequatur laborum even-
 tus, quàm hucusque conse-
 cutus est: præsertim ubi pæ-
 dagogi in præceptis traden-
 dis, sunt pauci & breves: in

A 6 ex-

27
 exemplis copiosi & faciles.
 Sed quomodo in singulis
 Classibus singulos ferè libros
 nostro instituto idoneos,
 quibus hactenùs juvenus ca-
 ruit, à me requiri aùdivistis:
 & quomodo haurit aquam
 cribro, quì discere vult sine
 libro: ut est in trito versicu-
 lo: quæso vos, unde nobis,
 tabulæ istæ elementales: è
 quibus puerulus discat expeditè
 legere, & paradigmata
 declinationum ac conjugationum
 memoriter recitare! unde
 Nomenclator, è quo non modò
 nomina, sed etiam verba actionum
 & passionum nominibus respondentia,
 & phrasés utrinque
 con-

conflatæ , possent proponi
 puero ? Undenam Cato ille
 novus , è quo puer in horto
 nostro , flores poëticos &
 oratorios decerpat : secumq̃ ;
 ex imâ Classe Grammatica
 in mediam afferat , ubi ex-
 emplis jam animo & memo-
 riâ comprehensis , solum mo-
 dò ediscat regulas ? unde
 Apophthegmata selectiora ,
 de quibus hodiè saltem obi-
 ter commemini ? undè Py-
 thagoras & Phocyllides , pro
 secundano ? unde Isocrates
 pro primano ? unde Homeri-
 ca ? unde Pindari ? unde Ana-
 creontis selectissima poëma-
 ta ? unde orationes illæ , tam
 venustæ & elegantes , tamque

A 7 ap-

appositę, ad illustranda Rhetorum præcepta, collectę à nobis, è Quinto Curtio, & Tito Livio, è C. Salustio, & C. Cæsare, & M. Cicerone? unde mea illa in Virgilium Paraphrasis, sine quâ in stylo adolescentum rectè exercitando, nihil tentabimus satis feliciter? Nam horum librorum ne unum quidem videas in manibus sive docentium sive discantium. At obsecro obtestorque vos, Reverendi Patres, Clarissimi Viri, annon præclarum est, tradi in aliquâ scholâ, non modò Latine Linguę auctores elegantissimos, Terentium, Ciceronem, Livium,

Cæ-

Cæsarem, Q. Curtium, Sa-
 lustium, Virgilium; sed et-
 jam Græcos Poëtas, & Ora-
 tores, Homerum, Theocri-
 tum, Anacreontem, Pinda-
 rum, Phocyllidem, Isocra-
 tem, Aristidem, Libanium?
 Ostendite mihi non illu-
 stre aliquam scholam tri-
 vialem, sed nobilem ali-
 quam, & insignem Germa-
 niæ totius Academiam, in
 quâ isti autores omnes ex-
 plicentur, & ex ipsis præce-
 pta Rhetorum, Dialectico-
 rum & Grammaticorum il-
 lustrentur. Hic verò nova
 tempestas subitò exoritur,
 quæ non modò colonos hor-
 ti scholastici, sed arbores
 quo-

quoque tenellas, pueritiam
 & juventutem scholasticam
 miserrimè affliget. Nam
 quis librarius hic erit: qui
 auctores istos, quos dixi, huc
 importet? aut quis tenuiori-
 ris fortunæ pædagogus, aut
 puer, tales libros, summo
 cum precio, è locis peregrini-
 nis advectos, sibi compara-
 bit? quis pater, quamlibet
 dives & locuples, puero ado-
 lescenti libros dabit tam ca-
 ros, & pretiosos in scholâ
 contaminandos? Quid igitur
 faciendū? utrum omnia,
 de quibus hodiè tam copiosè
 dixi, in fumum, ut abeant,
 permittendum? Si consi-
 lium admittitis, si institutum

no-

nostrum probatis, si ordi-
 nem lectionum, ut à nobis
 institutus est, iterum pertur-
 bare non vultis; age, Typo-
 graphum nobis date: qui in-
 tra hæc mœnia, selectos istos
 in usum scholæ nostræ libel-
 los excudat. Nam, hoc si
 fiat; & libri sine mendâ pro-
 dibunt, ex ultimâ meâ ma-
 nu, quam corrigendo ad-
 dam (nam etiam hanc mole-
 stiam in me derivari sinam)
 & uno thalero puer, per
 omnes classes ab alphabeto,
 ad Homerum usque progre-
 diendo, comparabit: quod
 aliâs decem thaleris non
 mercabitur. Absque hoc
 adminiculo, quod à Typo-
 gra-

grapho nobis erit, non est, quod quicquam earum rerum, de quibus hodiè verba feci, vel à me, vel ab alio quovis expectetis. Sin autem meo consilio parueritis, id quod omninò facturos esse confido, & laborum sumptus tam docentium, quàm discentium imminuetis: nomen quoq; , non modò scholæ hujus renovatæ, sed urbis quoq; vestræ passim in omni Germaniâ illustrius ac celebrius reddetis. Neque verò est, ut Typographus absolutis libris, qui in usum scholæ excudendi & subindè recudendi sunt, post feriandum sibi arbitretur. Nam ecce
me

me unum. Et quot libros traditurus sum ad edendum, ad vehendum in nundinas, ad vendendum tam incolis hujus urbis, quam advenis & peregrinis? Quos libros? dicetis. Libros certè etiam Sacratissimæ Cæsareæ Majestatis Privilegio & Authoritate, contra omnes æruscatorum infidias, & contra omnium Sycophantarum morsus egregiè communitos. Lege tu famule, pro honore hujus loci, & pro salutari incremento nostræ Scholæ hoc Privilegium. Intelligitis, ni fallor, Reverendi Patres, Clarissimi & Prudentissimi Viri, librarium, qui suam velic

lic

lit navare operam scholæ
 nostræ, decem totos annos
 habiturum quod agat, si
 meos saltem libros (plures
 enim sunt alii quoque mihi;
 de quibus nulla fit in Privile-
 gio mentio) velit in lucem
 mittere. Quæso autem vos
 iterum atque iterum; annon
 æquè sit honorificum vobis
 vestræque Ecclesiæ, & Rei-
 publicæ, & comprimis novæ
 huic scholæ, ac mihi ipsi,
 si tales libri cum Cæsareæ
 Majestatis Privilegio è vestrà
 urbe, à vestræ scholæ Recto-
 re exeant? Nolo mihi blan-
 diri: nolo libris meis eden-
 dis quærere vel compen-
 dium, vel aucupium. Nam
 libri

libri mei hactenus non in
 Germaniâ solùm, sed etiam
 in Italiâ & Galliâ repererunt
 suos Typographos, à quibus
 sunt excusi. Equidem Calli-
 machi hymnos, duplici ver-
 sione & commentariis à me
 illustratos, edidit ante annos
 decem in Galliâ Henricus
 Stephanus, omnium Typo-
 graphorum præstantissimus;
 & ante quinquennium Ve-
 netiis, edidit Grammaticam
 meam, cum aliis quibusdam
 libellis Aldus Manutius: ma-
 gni illius Typographi Aldi
 Manutii nepos: & eodem
 tempore Paravii excudit
 meos de victoriâ Sarmaticâ,
 quam Stephanus Poloniæ
 Rex

Rex contra Moscos obtinuit,
 quatuor Panegyricos Lau-
 rentius Pasquatus. Et quo-
 tusquisque est Germaniæ
 nostræ scriptorum, cui istic
 honos sit habitus ab exteris?
 Multò .n. inuidiosiores sunt
 exteri, præsertim Itali, no-
 bis Germanis, quàm ut libros
 nostros suis typis dignos
 esse arbitrentur. Itaque ve-
 hementer, liber aliquis
 à Germano scriptus, co-
 ruscet, siquidem in Italiâ, aut
 Galliâ publicari, & omnes
 invidiæ nebulas velit supera-
 re. Quid de Basiliensibus
 dicam Typographis, aut de
 Argentinensibus, aut de
 Francofurtensibus? Nam ab
 illis

illis etiam edita sunt opera
 mea quàm plurima : No-
 menclator Trilinguis : A-
 stronomici libri quinque :
 Aristophanes Græco-Lati-
 nus; quanquàm non integer:
 Paraphrases in Horatium,
 Persium & Virgilium : ac
 complura alia , tàm ligatâ,
 quàm solutâ oratione scri-
 pta. Et quoties recudit meas
 Comœdias Jobinus Argenti-
 næ ? Quare non est, ut quis-
 quàm vestrum cogitet, pro-
 pter meos libros edendos,
 hic tàm sollicitam mentio-
 nem à me fieri de librario.
 Vestris liberis, non meis li-
 bris, vestræ scholæ, non meo
scrinio, hoc modò consul-
 tum

tum volo : quod , qui non-
 dùm intelligit , eum de re
 scholasticâ non multùm
 oportebit intelligere. Sed
obj. existat forte aliquis è sciolorum
 & curiosorum hominum grege :
 qui dissuadeat rem tam necessariam ,
 & utilem scholæ , Reipublicæ , &
 Ecclesiæ huic ; propterea
 quod sæpenumero librarii excudant
 scripta non utilia , sed materias
 novarum litiarum & rixarum , ac non
 rarò etiam famosa : ideòq; consultum
 putant Reipublicæ ad retinendam
 pacem & tranquillitatem , ut nulli
 Typographo hic locus sit. Vah ,
 quid audio ? Quasi verò propter

pter abusum, tam necessariæ
 rei usus sit tollendus : aut
 quasi Typographus non pos-
 sit juramento obstringi, ne
 quicquam excudat libro-
 rum, nisi prius exhibeat iis,
 quos ad eam rem Magistra-
 tus hujus urbis destinaverit:
 aut quasi non possint Trium-
 viri constitui, unus ex Am-
 plissimo Senatu, alter è Re-
 verendo Ministerio Verbi,
 tertius è Scholâ, sine quo-
 rum consensu nihil edi possit
 aut debeat. Esto enim, &
 ediderint aliquoties Typo-
 graphi etiam famosa, & om-
 ninò talia; quibus crimen
 læsæ Majestatis perpetratum
 fuit: ut factum est Argenti-

B næ

næ & Francofurti aliquoties:
 Nemo tamen unquam iis in
 locis fuit periclitatus, præter
 ipsos Typographos, qui ex-
 cuderant. Ubi enim Magi-
 stratus docuit, nullo suo
 consensu esse edita ejusmodi
 scripta: semper acquievit
 Imperator: neque quen-
 quam alium pœnâ affecit,
 nisi pœnam promeritos.
 Verùm de hâc re plus fatis.
 Nam neminem puto ex hoc
 coetu esse, qui propter com-
 memoratas causas, tam ju-
 stas, æquas, & honestas, pla-
 nèque necessarias, non intel-
 ligat, Typographi operâ no-
 bis opus esse, qui libros ju-
 ventuti scholasticæ excudat,

ut

ut & nos, & illi levemur de-
 scribēdi, & multum dictandi
 molestiā; tūm insuper sum-
 ptui quoque & labori parca-
 tur: secūs si fiat, dico ego, pro
 meā conscienciā, nihil ea-
 rum rerum, de quibus hodiē
 dixi, & quas vobis tanto pe-
 rē probari animadverti, ne
 tentari à me quidem posse. }
 Non enim eadem est hodie
 ratio docendi in scholis, quæ
 jam olim fuit in Galliā, quo
 tempore literarum secreta
 in Germaniā foeminæ ac viri
 pariter ignorabant. Nam,
 Cæsare auctore, Druidæ suos
 discipulos absque libris eru-
 diebant: & magnum nume-
 rum versuum ediscere jube-
 bant;

bant: quos tamen nefas esse
 existimabant, literis man-
 dare; ne his confisi adole-
 scentes, minùs memoriæ stu-
 derent. Oro autem, obte-
 storque Vos omnes, quot-
 quot hic estis, cum intelliga-
 tis, qui meus in scholâ vestrâ
 non modò instaurandâ, sed
 potiùs instituendâ, atque et-
 iam exornandâ, sic animus,
 ut eodem vos quoque animo
 hanc admonitionem meam
 suscipiatis: & in partem
 optimam, ut ab optimo pro-
 fectam animo, interprete-
 mini. Sed enim alia nunc
 quoque ex aliâ mundi plagâ,
 tempestas oritur, perquam
 foeda & tetra: quæ cœtui no-
 stro

stro scholastico magnum afferret incommodum ; nisi maturè illi eatur obviam. Frustrà enim erit, ut nos in iis omnibus, de quibus hactenus dixi, multùm fatigemur: frustrà erit, ut in libris excudendis multùm desudemus: nisi & aliæ procellæ quamprimùm conquiescant. De hoc autem procelloso turbine, pauca dicam: quando intelligo, id ipsum jam à vobismet agi, ut huic malo inveniamur remedium. Laudandus igitur potius erit, quam officii sui admonendus urbis hujus prudentissimus senatus. Quia tamen equo currenti calcar addere sæpè pro-

B 3 fuit;

fuit & quia

*Acer, & ad palmas per se cur-
surus honores,*

*Sitamen horteris, fortius
ibit equus:*

Idcirco non dubitabo, quin
eâdem æquitate animorum,
quâ hactenus me dicentem
audivistis, hoc quoq; sitis ex
me percepturi. Non enim
mea res hic agitur, sed salus
& incrementum scholæ ve-
stræ: in quâ promovendâ,
video vos ipsos nihil velle in-
termittere: cum scholas se-
minarium esse, tam Ecclesię,
quàm Reipublicæ vestræ, et-
jam tacente me, vosmetipsi
satis superq; intelligatis. Ac
inicio, dùm ludum puerilem
&

& alphabeticum intueor, in
 quo parentum ocelli, & ma-
 trum deliciae sedent, miseret
 me, miseret tenellulae hujus
 turbæ: quod in uno loco, &
 quidem perangusto ita arctè
 considerare coguntur, ut non
 modò pro amplitudine hu-
 jus urbis, & pro copiâ libero-
 rum locus dimidiam puello-
 rum partem vix capiat; et-
 iam si humi accubent: Sed
 etiam, qui se amnis insident,
 se invicem premant. Et quia
 scholæ domus in tenebroso
 urbis angulo est, nullis ven-
 tis, neque ulla aurâ perflabi-
 lis: quomodo, quæso, in tali
 loci angustia, quam ipsimet
 vidistis, non incidant in mor-

B 4 bos,

Et Not
27.

Hord

bos, præsertim æstivo tem-
 pore, isti tenelluli & delicati
 puelli? Atque hoc idem lo-
 ci incommodum in reliquis
 omnibus classibus occurrit.
 Quòd si etiam ex peregrinis
 locis ad nos accedant (ut fieri
 potest) studio discendi ado-
 lescentes & juvenes: non vi-
 deo ego, quomodo illis locus
 sit futurus. Querit amini qui-
 dem, scholam hanc esse col-
 lapsam: & vultis, ut ea per
 me instauretur & amplifice-
 tur. En me. Paratus sum &
 promptus. Locum modò vos
 detis, in quo officium facia-
 mus & docentes & discentes.
 Nullâ in re nos vestræ scho-
 læ, vestræ pueritiæ commo-
 dis

dis augendis deerimus. Quid
 de foetore dicam ? qui non
 modò è puerorum pædore,
 sed ex ipsâ quoque existit lo-
 ci angustia, & opacitate aë-
 ris, qui tot tamque variis an-
 helitibus quassatur : nec ullâ
 aurâ salubriori ventilari po-
 test. Qui apibus sedem col-
 locant, hi locum quærunt
 apricum, & à tumultu coet-
 que hominum remotum,
 aut si cui ædificio jungunt
 apiarium, constituunt id in
 eâ parte, quæ tetris latrinæ
 sterquiliniique, & balnei li-
 bera sit odoribus. Et qua-
 nam isthæc est præpostera
 quorundam hominum se-
 dulitas, qui majorem curam

B 5 ha

Hordl.

22

22

habent in feligendo loco pro
 apibus, & in constituendo
 alveario, quàm in deligendâ
 fede pro suis pueris, suis libe-
 ris? Itané comparatum in-
 ternos, ut, (quod alibi vidi)
 quo in loco vix ædifices ha-
 ram, ibi colloces aram? &
 ubi non ponas apiarium, ibi
 constituas Musis & Phœbo
 sacrarium? Videas certè iis
 in locis, ubi Papatus suas vi-
 res iterum exerit, aliquos
 esse homines, qui collocatis
 in medium impensis, magni-
 fica extruant collegia, & au-
 ditoria planè regia, in qui-
 bus Jesuitæ pueritiam & ju-
 ventutem doceant, & reli-
 gione suâ imbuant; ac sæpè
 fis

At, ut, quos
 dum, & am
 loci am cenit
 rum splend
 centia attra
 jus dedere
 Jesuitæ, fu
 legis, quâ
 tores dare
 in nos no
 vissimis
 igitur n
 are, q
 nia, q
 ædifici
 unâ sc
 adeo
 hæc
 quon
 sit, ha

fit, ut, quos non allicit studium, & amor literarum, eos loci amœnitas & auditoriorum splendor, ac magnificentia attrahat. Itaque majus dedere nobis damnum Jesuitæ, suis illis novis Collegiis, quàm omnes Imperatores dare potuissent strictis in nos nostrasq; cervices savissimis mucronibus. Quæ igitur nostra est socordia, aut, quæ ista parsimonia, quod ad omnia alia ædificia pecuniis instructi, in unâ scholâ ædificandâ sumus adeò remissi, ut dolenda sic hæc res, & lacrymis prosequenda? Quasi verò satius sit, habere instructum & ma-

B 6 gni-

gnificum armamentarium,
 quàm illustrem & magnifi-
 cam scholam: aut, quasi fer-
 ro plus domentur hostes,
 quàm consilio: aut quasi non
 iisdem armis vincendi sine
 Jesuitæ, quibus illi nos no-
 strosque socios oppugnant.
 Certè in iis locis, ubi Ecclesiæ
 & scholæ Christi subsunt ju-
 go Papistici Magistratus: &
 ubi à Turco finitimo miser-
 rimè vexantur, tantum ab-
 est, ut in scholis extruendis
 ulli parcatur sumtui, ut iis in
 locis ferè nihil videas ma-
 gnificentius atque illustrius,
 quàm scholarum ædificia?
 Et, quæso te, qui pater es, ha-
 besne thesaurum majorem
 tibi,

tibi, quam
 igitur in ha-
 angustias,
 & pædoren-
 tuos? Cur
 brem illos
 tas? Quod
 meis colle-
 tibi, par-
 ut dixi.
 ro, ut ve-
 deo jam
 profigan-
 proposui
 necessin-
 pè ego
 cum al-
 dum e-
 manife-
 cipum

tibi, quàm liberos tuos? Cur
 igitur in has sordes, in has
 angustias, in hunc foetorem,
 & pædorem detrudis filiolos
 tuos? Cur in morbum & fe-
 brim illos consultò præcipi-
 tas? Quòd si non vis mihi &
 meis collegis parcere, parce
 tibi, parce tuis. Atque hæc,
 ut dixi, non eò commemo-
 ro, ut vos accusem, quos vi-
 deo jam ante de hoc malo
 profligando cogitare: sed ut
 propositi vestri utilitatem ac
 necessitatem ostendam. Sæ-
 pè ego, & mecum ipse, &
 cum aliis admirari, & inter-
 dùm etiam detestari soleo
 manifestam Regum & Prin-
 cipum insaniam: qui ple-

B 7 rum-

rumque majores faciunt
 sumtus in res inutiles, quàm
 in bonas & utiles. Nam

*Suntque
 male
 collocati
 hi.*

Stultitiam patiuntur opes:
 ut ille ait.

Quò enim, aut cui rei profuit
 Athos à Xerxe factus navi-
 gabilis? Quorsum Isthmos,
 à tam multis perfodi cœptus,
 nec unquam absolutus? Et,
 quemnam in usum cessit
 Lucrinus lacus, unde-
 cim annis, à triginta ho-
 minum millibus exicca-
 tus? Aut, quænam utilitas
 fuit villæ Lucullianæ: ubi
 monte exciso Euripus ad-
 mittebatur? Quid de Obeli-
 scis dicam Ægyptiis qua-
 dringentos & octoginta cu-
 bitos

bros longi
 Libus horis
 Amphithea
 De avi H
 blibliotheca
 delphi util
 bus, quæ
 ribus. Ne
 tuto velt
 fordidor
 tum hor
 terreni
 tite, utin
 rorum v
 dis, & in
 là atque
 qui v
 orac
 mini a
 vos, v

bitos longis ? Quid de pensilibus hortis Semiramidis, de Amphitheatro Domitiani ? De navi Hieronis ? Una Bibliotheca Ptolomæi Philadelphi utilior fuit istis omnibus, quæ jam recensui, operibus. Nolite igitur ab instituto vestro recedere, neque fordidorum aut imprudentum hominum vocibus deterrimini : neque committite, ut in promovendis liberorum vestrorum commodis, & in amplificandâ scholâ atque Ecclesiâ vestrâ, vos, qui veritatem coelestium oraculorum novistis, vincamini ab iis hominibus, qui vos, vestrasque Ecclesias & scho-

scholas clàm & palàm mani-
 festis occultisq̃ue machina-
 tionibus assiduè oppugnant.
 Discussi hæc tènùs, sedaviq̃ue
 multas & magnas tempesta-
 tes : quæ hortum nostrum
 turbant scholasticum ; quid
 aliud ergò nunc restat, nisi ut
 hortum nostrum , vel tan-
 dem aliquandò ingredia-
 mur, & arbores Christo in-
 fitas plantemus atque exco-
 lamus ? Nam & ordo opera-
 rum sic distributus est , ut
 quid singulis tam docendo,
 quàm discendo posthæc fa-
 ciendum sit, omnes jam in-
 telligant : & de libris quoque
 ac librario prospectum , ut
 nihil nobis jam præter stu-
 dium

dium & di-
 rum esse v
 super aud
 amplificat
 & apico
 (quemad
 indubia) ju
 cie obriu
 ad se all
 coloni ?
 mellari
 idonei ?
 opera ac
 dum & r
 qui ? H
 tam gra
 ra, qu
 dus si
 ferancu
 que est

dium & diligentiam defutu-
 rum esse videatur : Tùm in-
 super auditoria quóque sic
 amplificata, tam que amœno
 & aprico loco extructa,
 (quemadmodùm fert spes
 indubia) ut amœniſſimâ spe-
 cie obvium quemq; possint
 ad se allicere. Sed ubinam
 coloni ? ubi hortulani ? ubi
 mellarii ? ubi Præceptores
 idonei ? ubi Pædagogi, qui
 opera ad præscriptum mo-
 dum & possint & velint exe-
 qui ? Hoc illud malum est,
 tam grande, ut omnia cæte-
 ra, quæ commemoravi, lu-
 dus sint, si cum uno hoc con-
 ferantur. Nam quotusquis-
 que est, qui, cum sit excellen-
 ti

ti doctrinâ atque ingenio
 præditus, hodiè ætatem ve-
 lit consumere in trivio, &
 consenescere in ludo litera-
 rio? Quis è doctis est, qui
 operas tam salutares tamque
 necessarias Ecclesiæ, & Rei-
 publicæ, libenter facere ani-
 mum inducat? Si qui paulu-
 lum ultra humaniores lite-
 ras progressi sunt, & vel cau-
 sam in foro agere, vel ægro-
 to remedium adhibere, vel
 concionem facram, quomo-
 do libet, formare, atque è
 Postillâ recitare possunt, ii à
 scholis, & laboribus schola-
 sticis non aliter abhorrent,
 ac Judæus à porco, aut Sa-
 mius ille Pythagoras à faba-
 rum

rum elu.
 hodiè re-
 dorum do-
 turis stud-
 idoneos: q-
 ro, qui in l-
 sunt, quo-
 Nam qui
 Republic-
 senda, de
 rumque
 cut olim
 pitriau
 Deme, u
 celle. N
 ficum e
 re (ni
 quod
 gaur
 premu

rum esu. Itaque perpaucos
 hodiè invenies Magistros lu-
 dorum doctos, & adjuven-
 tutis studia regenda satis
 idoneos: quàm plurimos ve-
 rò, qui in scholis idem planè
 sunt, quod canis in balneo.
 Nam qui verè ad munia in
 Republicâ & Ecclesiâ capef-
 fenda, desperati sunt, hi ple-
 rumque in scholas hodiè, fi-
 cut olim servi malefici in
 pistrinum, detruduntur.
 De me, ut dicam nihil est ne-
 cesse. Nam etsi tam honori-
 ficum est mihi, quàm saluta-
 re (ni fallor) scholæ vestræ,
 quod vos me præ aliis di-
 gnum esse censuistis, cui su-
 premus in hâc florentissimâ
 urbe

urbe Gymnasii clavus com-
 mendaretur (pro quo præ-
 claro vestro de me judi-
 cio gratias vobis ago) tamen
 mihi credatis velim, plures
 fore in omnibus totius Chri-
 stiani orbis partibus, ubi no-
 men meum innotuit, qui
 magis admirabuntur, quod
 ego, qui ad alia quæris subli-
 miora tractanda natus ipsis
 videbor, ad hæc partes de-
 scenderim, & istas molestias
 pulveris hujus scholastici in
 me susceperim, quam quod
 vos hoc quicquid est oneris
 molestiæque imponere, &
 supremæ scholæ vestræ regi-
 men commendare voluistis.
 Nam, quotusquisque est, qui
 aut

aut Doctores
 tici lauro
 nam Celsi
 ad has ma-
 bus viden-
 demittat
 cors est,
 tranquill
 sese in qu
 lis adhi
 bis Val
 ris utan
 honoris
 quoque
 Reipub
 in inst
 & in
 schol
 buam
 Ariste

aut Doctoreo gradu, aut Poë-
 ticâ lauru clarus, aut Palati-
 natu Cæsareo illustris, sese
 ad has imas sordes, ut aliqui-
 bus videntur, æquo animo
 demittat? Aut, quis tam ve-
 cors est, qui ad altiora &
 tranquilliora factus cum sit,
 sese inquietudinis hujus epu-
 lis adhiberi patiatur: ut ver-
 bis Valentiniani Imperato-
 ris utamur? An enim non sic
 honorificentius mihi, & ipsi
 quoque consultius literariæ
 Reipublicæ, si, quod tempus
 in instaurandâ scholâ vestrâ,
 & in instituendâ juventute
 scholasticâ sumsero, id tri-
 buam reliquis sex Comœdiis
 Aristophanis interpretan-
 dis,

H. No.

dis, aut duodecim libris
 Æneidos Virgilianæ & Sa-
 tyris Horatii, ac Juvenalis
 luculentâ paraphrasi expli-
 candis: aut Oppiano &
 Æschylo vertendô? Annon
 gloriosius sit mihi redire aut
 ad Theologica studia, aut ad
 Medicas artes, & eas jure
 postliminii recolare, à quib⁹
 duodecim totos nunc annos,
 & plures jam absum? Sed
 vicit me vestra singularis in
 Deum pietas, & amor erga
 literas ac literatos viros, vicit
 me admiranda ista humani-
 tas, quâ & me, & meos pleri-
 que omnes in hac civitate
 tam sanctè pièque amplecti-
 mini: vicit me denique spes
 illa,

illa, quam de vobis omnibus,
 & de vestro, cum meo officio
 conjungendo, coepi firmiffi-
 mam, & planè indubiam.
 Notum est illud Socratis:
 qui, interrogatus, quamob-
 rem ipse non administraret
 Rempublicam, qui admini-
 strandi rationem optimè sci-
 ret? respondit, cum utiliorem
 esse civitati, qui multos effi-
 ceret idoneos gubernandæ
 Reipublicæ, quàm qui ipse
 rectè gubernaret. Quid?
 Annon putatis verum esse,
 quod de Mife, & Rhacote,
 duobus olitoribus, dixit Ar-
 taxerxes? per eos etiam to-
 tam Rempublicam posse
 amplificari, & Senatum re-
 gi,

gi, qui se tam industrios in cultu arborum, & educatione liberorum præberent?

Sapè etiam est olitor valde opportuna locutus.

An cum, qui de omnibus Philosophiæ partibus, & de totâ Republicâ disputare novit, putatis in Senatu & Curiam mutum fore, neque quicquam dicturum, quod ad communem salutem pertineat? Quasi verò è Codice Justiniano omnis prudentia, ex Historiarum & Poëtarum monumentis omnis stulticia promanet: aut quasi non ipsimet, qui sibi omnium optimè videntur sapere, suam agnoscant cum Timotheo

theo miseriam, ut nostram
 vident felicitatem. Quare
 nihil jam de me dictur^o sum;
 cum certus sim, vos perinde
 in mea voluntate, meoque
 iudicio, ut ego in vestro, li-
 benter acquiescere. Quid
 igitur causæ est tandem, aut
 undenam isthæc oritur pro-
 cella, quòd nemo hodiè ex-
 cellenti doctrinâ præditus
 operam suam libenter collo-
 cat ludo literario? Nam, ut
 maximè de meis Collegis,
 viris doctis & honestis, nihil
 dicam; tamen hoc in aliis
 quamplurimis accidere, ex-
 tra omnem est controver-
 siam. Hic ego omnes vos,
 quotquot non tam mei ho-
 noris

C

H. 78

noris, quàm publicæ salutis
 causâ adestis, per filium Dei,
 qui ipse etiam puer duode-
 cim annorum, scholam in-
 gressus est, rogo obtestorq;;
 ut eâdem æquanimitate, de
 atrocissima hac, nescio cu-
 jus cœli, injuriâ dicentem
 audiatis; quâ hodiè audivi-
 stis recitantem ea incommo-
 da, quibus jam diù vos omnes
 remedium quæsiuistis, & ni-
 si me omnes sensus fallunt,
 jam jam consilio & auxilio
 meo reperistis. Si enim gra-
 tum fuit vobis, audire, quo
 vulnera illa, de quibus toties
 conquesti estis hæctenùs, pos-
 sint sanari remedio: gratum
 sit etiam vobis, ex me cogno-
 scere,

scere, qu
 nera, qu
 ut nunqu
 recrodela
 tus non
 quæzere.
 non ead
 tem scho
 deatis,
 dem co
 vos, qu
 cellent
 vitam
 in pulv
 cis! A
 cti, qu
 in po
 & reg
 tiffimi
 Rebul

scere, quomodo sanata vul-
 nera, cicatricem ita ducant:
 ut nunquàm posthac facilè
 recrudescant. Si enim vir-
 tus non minor est, quàm
 quærere, parta tueri: cur
 non eâdem virtute sanita-
 tem scholæ conservare stu-
 deatis, quâ recuperare ean-
 dem contenditis. Miramini
 vos, quî fiat, quod nemo ex-
 cellenti ornatus doctrinâ,
 vitam suam prodigere velit
 in pulveribus istis scholasti-
 cis! At demirantur viri do-
 cti, quî fiat, quod non modò
 in potentissimis Ducatibus,
 & regnis, sed etiam in floren-
 tissimis & locupletissimis
 Rebuspublicis nullum genus

C 2 ho-

unde
 in
 loc
 an

hominum majoribus grave-
 tur laboribus, & minoribus
 fruatur stipendiis, quàm
 Præceptores, & Pædagogi
 scholastici? Qui enim to-
 tos dies in pædore puero-
 rum contabescunt, & strepi-
 tu susurrantium penè obsur-
 descunt, hi alibi, domum è
 ludo reversi, panem edunt
 doloris, & aquam bibunt
 angustia. Possem ego, nisi
 per aquam odiosum esset,
 nominare civitates aliquas,
 ubi subulco & bubulco ma-
 jor datur merces, quàm Lu-
 dimagistro. Gadarenorum
 nempè similes sunt isti: de
 quibus in Evangelica narra-
 tur historia, quod porcorum
 suo-

St.

H. J. 6.

off.

 Lieblen
 Oratt.
 Holl.

fuorum majorem , quàm
 Christi & Apostolorum ra-
 tionem habuerint. Majores
 nostri, cum adhuc omnis ve-
 ra religio, & omnes discipli-
 næ liberales, in densissimis
 jacerent tenebris, immensos
 fecere sumtus, & propè
 omnes suas facultates huc
 contulerunt, ut ineres in
 monasteriis alerent mona-
 chos, & ociosos sacrificulos:
 quorum missificationibus,
 & preclarum demurmura-
 tionibus liberari à morte
 possent & purgatorio. Nos,
 qui facultates, qui Monaste-
 ria, qui foundationes ab illis
 accepimus, non modò nihil
 ad scholas ac Ecclesias confe-
 rimus:

C 3 rimus:

*Major
 litz es
 litz*

rimus: sed illa etiam, quæ à majoribus nostris hûc collata, atque ad hunc usum finemque destinata sunt alicubi, à scholis & Ecclesiis alienamus, atque in profanos usûs convertimus. O tempora, ô mores. Quàm gravem putatis nos Deo aliquandò rationem esse reddituros villicationis nostræ, quam adeò malè administramus in regnis, in Ducatibus, in dominatibus, in civitatibus? Nam conssepulti manes parentum nostrorum è monumentis templorum, è sepulchris cœnobiorû voces ac gemitûs suos ad Deum attollunt: quoties limina sua,

sua, quæ ipsi religiosa esse
 voluerunt, & studius litera-
 rum consecrata, à nobis pro-
 fanari vident. Qui altari ser-
 viunt, hos de altari vivere
 præcepit Christus; cur igitur
 bonis Ecclesiæ aluntur,
 qui neque Ecclesiæ, neque
 scholæ serviunt? Cur, quod
 apibus detur, datur fucis, ve-
 spis & crabronibus? De
 Brenno Celzarum Duce nar-
 rant historici, quod, cum
 Delphici Apollinis templum
 expugnasset, aurum indè sa-
 crum sustulerit: & prædam
 opimam, non sine sacrilegii
 crimine, abegerit. Hinc il-
 lud Propertii:

C 4 Tor-

*Torrida sacrilegum testantur
limina Brennum:*

*Dum petit intonsi Pythia
regna Dei.*

Nam auri ablati pondo CX.
millia fuisse accepimus. Hoc,
cùm Tectosages, gēs Celtica,
secum asportassent è Graciã
in antiquam patriam, in
agrum Tolosatē; cœpe-
runt laborare sævissimã pe-
stilentiam: à quã prius non
sunt liberati, quàm, aruspici-
cum responsis moniti, au-
rum argentumque sacrile-
gio quæsitum, in lacum
Tolosanum demergerent.
Quod, cùm longo post tem-
pore Cepio, Consul Roma-
nus, indè exentum abstulif-
set,

set, mag
copis, e
Quod si
eos ulm
Apollini
Delphici
runt: q
plicio v
lorum
stertor
durus
Scilicet
gna è
set, a
fame
rolet
rent
viole
Nou
ting

set, magnum, & sibi, & suis
 copiis, exitium illo attulit.
 Quòd si Deus tam graviter
 eos ultus est, qui profani
 Apollinis, & Cacodæmonis
 Delphici templum spoliâ-
 runt: quantò graviore sup-
 plicio vindicabit manus il-
 lorum hominum, qui Mona-
 steriorum & templorum re-
 ditus, & bona profanant?
 Scilicet Eryfichthon, quia li-
 gna è luco Cereris abstulif-
 set, ad tantam redactus est
 famem, ut sua membra ar-
 roserit. Et isti impunè fe-
 rent, qui hodiè sacris rebus
 violentas manûs admovent?
 Non libenter hoc ulcus at-
 tingo. Nam scio, quàm ægrè

C 5 non-

nonnulli Principes & Duces,
 ac Magistratus moneri se pa-
 riantur, ut violentas manûs
 à bonis Ecelesiasticis absti-
 neant: & rem sacram in fa-
 cros usûs, ad quos ea destina-
 ta priùs fuit, piè conferant.
 Inscribant igitur ipsi Magi-
 stratus omnium ærariorum
 suorum vestibulis hæc verba
 aureis literis: **QUÆSTOR**
AURUM TOLOSAS NE AD-
MISCE: hæc, inquam, inscri-
 bant ipsimet, & meâ moni-
 tione nihil indigebunt. Sed
 quandò hodiè videmus, quò
 res ista deducatur, & quan-
 tùm detrimenti capiat Ec-
 clesia, & Respublica: decre-
 scentibus Evangelicis scho-
 lis,

lis, crescentibus Pontificiis:
 & quandò videmus ob ocu-
 los, quæ barbaries sensim ir-
 repat in ludos literarios: ubi
 propter vilitatem mercedis,
 & exiguitatem stipendii, ne-
 mo meliora doctus, nemo
 excellens artifex, operam
 hîc suam navare vult: iccir-
 cò non potui ego ulcus illud
 non tangere. Aut igitur re-
 medium afferatur huic mor-
 bo, & honesta constituantur
 stipendia, tam docentibus in
 scholâ, quàm in Ecclesiâ (illîc
 enim multò major labor est,
 quàm hîc, & labor non mi-
 nùs utilis, ac necessarius istîc,
 atque hîc) aut ipsimet pa-
 rentes, præsertim qui opu-

C 6. len-

lenticiores sunt, quovis trime-
stri, tantò liberaliores sint
in nostris remunerandis la-
boribus, quantò majores in
studiis progressus, quàm an-
te hac, fecisse nostrâ operâ,
suos liberos animadverte-
rint: aut, (quod fieri nolim)
ulcere hoc non sanato, majus
malum, & quod latius ser-
pat, nempè barbariem istam
pristinam, quæ patrum &
avorum nostrorum memo-
riâ fuit, tam certò rursus in-
gruituram noverint, quàm
certò se per Christi meritum
salvos fore statuunt. Grata
nimirum nobis omnibus
vox fuit, quam hodiè protu-
li, neque fictè protuli, omnes
&

& lingu
nobis in
Alexand
vos violè
vo defac
singuli es
& mufe
suarum
opis hu
habeat
dius,
& ipsi
majori
dius, n
ciant c
là defe
re pre
eant.
quæ p
ceat.

& singulos liberos vestros
 nobis in nostra scholâ fore
 Alexandros. Agite igitur, &
 vos vicissim nobis, in hoc cli-
 vo defudantibus, omnes &
 singuli estote Philippi Reges:
 & unusquisque pro modulo
 suarum facultatum, aliquid
 opis huc afferat, ut & schola
 habeat ædificium commo-
 dius, & auditoria capacia,
 & ipsi quoque Præceptores
 majoribus ornentur stipen-
 diis, ne officium suum fa-
 ciant cum gemitu, neu scho-
 lâ desertâ, de alio vitæ gene-
 reprehendendo consilia in-
 eant. Nulla enim res est,
 quæ pueris in scholâ plus no-
 ceat, quàm crebra illa Magi-

strorum permutatio. Bovi
 trituranti os obligari sacrae
 vetant literae. Cur igitur no-
 bis tam grave imponatur ju-
 gum scholasticum : neque
 sufficiens tamen detur pabu-
 lum ? Hæc bono, & publi-
 cæ salutis studioso animo di-
 xi : neque ulli cuiquam de-
 trahendi proposito : quæ, ut
 ab omnibus piis & doctis vi-
 ris, qui quidem scholis & Ec-
 clesiis rectè consultum vo-
 lunt, itidem piis & æquis ani-
 mis accipiantur, rogo, oro,
 obsecro. Nam, si hoc fecerit-
 is, brevi intelligeris, quantò
 beator sit vita Platonica, &
 quantò meliora hæc studia,
 quàm omnes Timothei artes
 &

& victoriæ bellicæ. Certè
 enim etiam Augustus Cæsar
 rectiùs de scholis, & litera-
 rum studiis videtur sensisse,
 quamlibet homo Ethnicus,
 & infidelis, quàm nonnulli
 Magistratus & Duces, qui se
 Christianos & Evangelicos
 profitentur. Nam Augustus
 Cæsar non modò Eloquen-
 tiam, & liberalia studia dili-
 genter fovit; sed ipse etiam
 in iis se, & scribendo, & pero-
 rando exercuit: tum Biblio-
 thecam insuper in Palatino
 monte Græcam Latinamq;,
 cum Apollinis templo, ma-
 gnificentissimam extruxit.
 Tiberius quoque, qui illi in
 Imperio successor fuit, artes
 libe-

liberales utriusque generis studiosissimè coluit: ut docet Suetonius. Nam Poëtis adeò delectabatur; ut scripta eorum & imagines publicis Bibliothecis, inter veteres & præcipuos auctores, dedicaret. Quare etiam plerique eruditorum certatim ad eum multa de his rebus edebant. Maximè tamen Grammaticos appetebat: quibus cum sæpenumerò jocabatur, quæstionibus ridiculis eos interdùm excipiebat: quæ mater Hecubæ: quod Achilli nomen inter virgines fuisset: quid Sirenes cantare sint solitæ? Sed & Trajanus hæc studia, atque has artes

artes mirificè fovit, & cultores quoque illarum præmiis ornavit ac honoribus affecit. Sic enim Plinius in suo Panegyrico ad ipsum Trajanum scribit: Quid vitam, inquit, quid mores juventutis, quàm principaliter formas? quantum honorem dicendi Magistris, quam dignitatem Sapientiæ doctoribus habes? ut sub te spiritum & sanguinem, ac patriam receperint studia: quæ priorum temporum immanitas exitiis puniebat: cum quoque vitiorum omnium conscius Princeps, inimicas vitii artes non odio magis, quàm reverentiâ relegaret. At tu easdem artes

tes in complexu, oculis, au-
ribus, habes. Præstas enim,
quæcunque præcipiunt: tan-
rùm eas diligis, quantùm ab
illis probaris. Hæc ille. Quo
respiciens Poëta Satyricus,
de eodem Trajano sic canit:

*Et spes, & ratio studiorum in
Cæsare tantùm.*

*Solus enim tristes hæc tempe-
state Camænas*

*Respexit, cùm jam celebres no-
tiq̄ Poëta*

*Nb. 3. Et jam!
Balneolum Gabiis, Roma con-
ducere furnos*

*Tentarent: nec fædum alii,
nec turpe putarent*

*Pracones fieri: quùm desertis
Aganippes*

*Vallibus esuriens migraret in
atria Clio.*

Quid?

Quid ? quod Grammaticis
 & Scholarum præfectis, ne
 quidem sua præmia, suæ di-
 gnitates vel Sacrosancti Im-
 perii legibus constitutæ, de-
 sunt ? Nam Valentinianus
 Imperator lege latâ sanxit:
 ut præpositi ac tribuni scho-
 larum, qui inquietudinis
 epulis adhibentur, & ado-
 randi Principis, hoc est, Cæ-
 faris salutandi facultatem
 habeant, (si tamen primi or-
 dinis comitivam cum præ-
 positurâ meruerint) & pari
 dignitate cum Ægypti Co-
 mitibus censeantur. Idem
 Imperator Grammaticos
 tam Græcos, quàm Latinos
 & Sophistas, id est, Philoso-
 phos

phos, æquè ac Jurisperitos,
 in urbe regiâ professionem
 exercentes, si laudabilem in
 se probis moribus vitam esse
 monstraverint, si docendi
 peritiam, facundiamque di-
 cendi, interpellandi que sub-
 tilitatem, si copiam differen-
 di hic patefecerint, & cœ-
 tu amplissimo judicante di-
 gni fuerint existimati: cùm
 ad viginti annos observatio-
 ne jugi, ac sedulo docendi
 labore pervenerint, vult ho-
 norari, & iis, qui sunt ex vi-
 cario, quod est, Generosis
 Comitibus, & Illustrissimis
 Ducibus dignitate connu-
 merari. Sed, quorsum ista?
 Eò, nimirum, ut intelligant
 pæda-

pædagogi, in ludo Grammatico & philosophico, suam professionem, & hoc genus, quo funguntur hautquamquam ita esse abjectum ac vile, ut multi arbitrantur: adeòque etiam majoribus ornandum præmiis, atque honoribus. Etsi enim neque dignitatem suam obtinent pædagogi, & præceptores Grammatici, neque promeritum ubique locorum accipiunt pro suo labore stipendium, etiam ferè ab iisdem contemuntur, & sæpè etiam premuntur, à quibus maximè debuissent ornari, honorari, & præmiis augeri: tamen ex iis, quæ à me com-
me-

memorata sunt, facile intelligunt omnes, quanti fiant nostri labores, operæq; scholasticæ, à summis Principibus & Imperatoribus, quorum in judicio meritò debemus acquiescere; & nos, contra sannas quorundam nasutorum & superborum hominum, jam deinceps communire. Laudandus est igitur amplissimus urbis hujus Senatus: quòd non modò de rectè constituendâ scholâ suâ, & de reparando ac extruendo ædificio cogitat: sed, quòd etiam idoneos muneris huic scholastico viros maximis sumptibus, hinc inde conquirat, & inventos liberali-

raliter fovet, alitque: neque
 ullis impensis parcit: dùm
 studia & artes illæ, sine qui-
 bus nulla potest consistere
 Ecclesia, nulla vigere Respu-
 blica, antiquo suo nitore re-
 stituantur: & cum fructu
 adolescentiæ hujus, & juven-
 tutis urbicæ, à nobis tracten-
 tur & proponantur. Quo
 certè pio & laudabili studio
 majus sibi nomen compara-
 bit hæc Respublica, & mayo-
 rem gratiam apud finitimos
 inibit, quàm si magnificen-
 tissimum aliquod Senacû-
 lum, aut Prætorium, aut
 Hospitale Xenodochium,
 aut aliud quoddam ædifi-
 cium, conviviis & trullifa-
 tio-

tionibus ducendis, extruxisset. Magnum fuit, & adhuc est nomen Athenarum: magnum & celebre nomen Rhodi: magna gloria Hierosolymæ: maxima omnium celebritas Romæ. At ubi sunt hodiè tot augustissima templa, tot triumphales arcus, tot amœnissimæ porticus, tot splendidissima ædificia, quæ Pausanias recitat in suis Atticis? Ubi Colossus ille Rhodius, de quo tam multa relata fuère olim in literis? Ubi Hierosolyma illa? ubi Roma,

Septem quæ una sibi muro circumdedit arces?

Jacent erutæ hodiè & everse, quæ

quæ olim fuerunt ampliffimæ, ac florentiffimæ urbes, neque quicquam de illis arcium & urbium cadaveribus hodiè superest, quàm quod è scholis ipsarum prodiit. Pereuntibus enim Athenis, mansit tamen incolumis Plato, & Aristoteles, & Xenophon, & Isocrates, & Demosthenes, & alii innumerabiles. Captâ item, & à Gothis ac Vandalis expugnatâ Româ, non intercidit tamen Cicero, non Cæsar, non Salustius, non Horatius, non Virgilius, non alii scriptores innumeri: quos nobis Roma illa vecus educavit. Hęc cogitatio meritò omnes

D Re-

Rerum publicarum præfides
 accendere atque inflamma-
 re debet: ut eam sibi laudem
 apud posteros, si qui modò
 futuri sunt, parent: quam
 Atheniensibus, & Rhodiis,
 & Romanis etiamnùm ho-
 die ex vetustissimis illis scho-
 lis reliquam, & in omni om-
 nium populorum ac gen-
 tium memoria immortalẽ
 esse intelligunt. Verùm de
 his satis, & fortasse etiam ni-
 miùm. Nunc ad alia, quæ
 & nebulosa sunt, & schola-
 stico nostro horto damnum
 afferunt. Quorum è nume-
 ro Borealis quidam ventus
 est: qui in scholas nostras fe-
 rè quotidiè facit impetum:

&

& sæpè totas Classes, non raro totam scholam secum abripit. Hic ventus non aliundè, quàm è sepulcris mortuorum exiit. Nam quotusquisque est hodie calceolarius aut sartor, aut faber, qui, sive ipse moriatur, sive uxorem aut aliquem è liberis adultioribus per mortem amittat, non totam scholam funeri suo deducendo abripiat? Hic sæpè nobis colonis intempestivo tempore arbores nostræ vivæ, ex horto vivo in cœmeterium mortuorum transferuntur: & magnâ cum studiorum jacturâ curis funerum adhibentur: ita fit, ut qui nil profuere no-

D 2 bis

bis vivi, ei etiam mortui da-
 mnum nobis afferant. Nam
 qui modò fueramus coloni
 & hortulani, subitò effici-
 mur vespillones, & pollin-
 ctiores, & libitinarii. Artem
 qui longam esse dixit, & vi-
 tam brevem, si jam viveret,
 & ista videret in scholis fieri,
 sanè æquo animo non ferret.
 Nam quotus nobis dies abit,
 quo in hâc frequentissimâ ci-
 vitate non sit funus deducen-
 dum? & quot horæ abeunt,
 in quibus jacent operæ no-
 stræ scholasticæ? Post ubi ad
 examen perventum est pu-
 blicum; si ineptè respondent
 pueri: nemo est, qui jactu-
 ram istam temporis accuset,
 sed

sed omnis culpa negligentiae
 in praecipuos rejicitur. At
 moris est, in quies, & consue-
 tudinis inveteratae, ut hone-
 stè sepeliantur mortui: qua-
 si verò aliis in locis, ubi ista
 non fiunt, non honestè sepe-
 liantur mortui. Et quaeso
 vos, ubinam sepeliuntur
 mortui cū curâ majori, quàm
 in Papatu? Sed quis tamen
 omnium est, qui scholas Je-
 suitarum hodie florentissi-
 mas, propter funerum cura-
 tiones, ita dissipari ac dilace-
 rari quotidie videat? Ha-
 bent enim Pontificii destina-
 tos ad hanc rem libitinos
 & procuratores. Quid igitur
 faciendum, ut & honesta

D 3 sint

sint hic funera, & nil decedat
 interim studiis pueritię scho-
 lasticę? Si consilium admit-
 titis, dabo. Quia cantus ille
 funebris nil prodest mortuo,
 neque pro mortuo fit, sed
 adhibetur in gratiam vivo-
 rum, ut illi etiam de suã fra-
 gilitate, & vitę hujus lubri-
 citate admoneantur, nonnē
 hoc idem fieri posset operã
 pauciorum, quod hactenũs
 fieri consuevit ministerio
 complurium? Non enim
 puto quemque ita insanire,
 ut mortuo sibi multũm ve-
 lit honoris, multũm pom-
 pę exhiberi: sicut solebant
 Ethnici, quibus nulla fuit
 spes resurgendi ẽ sepulchris.
 At quęso vos, annon decem
 ho-

homines tantum canant
 exequiarum, quantum alias
 sexcenti? Nam, qui è cantu
 decem hominum non ad-
 monetur de suâ mortalitate,
 cum nihil movebunt omni-
 um monachorum & sacer-
 dotum, qui Venetiis sunt,
 immensi per omnes vicos &
 regiones urbis, clamores ac
 vociferationes. Meo igitur
 iudicio sapienter fiat, si post
 hac è numero mendican-
 tium decem scholastici per-
 mutatis vicibus, cum uno
 aliquo è Præceptoribus, de-
 ducendis illis quotidianis fu-
 neribus adhibeantur. Nam
 hoc si fiat, tum & mortui
 sumtu minori consepelien-

D 4 tur,

tur, & pauperes isti decem, majoribus affici poterunt beneficiis. Qui verò hoc carentium numero contenti esse noluerint, iis licebit è ludis Teutonicis, ubi itidem multi sunt pueri, sibi ducentos siticines conducere, aut quotquot libuerit. Nam his, minus datur damnum, quam nostris. Sed dicat aliquis: Longè alia est Reipubl. hujus ratio: longè alii mores horum hominum. Nam populus jam ita assuevit hisce exequiis funeralibus, ut vix possit ab iis iterum abduci. Esto, quod dicis. At obsecro, quæ unquam fuit consuetudo tam mala, in ullâ gente, & fero-

ferocissimâ, & planè barbara, quæ non potuerit voce Magistratus, & rectè consulentium oratione publicâ corrigi, ac tolli? Age enim, commoneatur è sacro suggestu populus de hâc perversâ re, & exponantur illæ causæ, ob quas ita fieri satius sit, ut ego jam dixi, quàm sicut hactenùs est solitum, malè peream, nisi populus rei æquitate, & utilitate cognitâ, in vocibus concionatorum suorum acquiescat: præsertim si intelligat, etiam Magistratus sui auctoritatem accedere. Hæc bono & pio à me dicuntur consilio, neq; credo vos ipsos in aliam

D 5 par-

partem, quàm dicuntur, ist-
hæc omnia excepturos. Ec-
ce autem, ut subito mihi,
postquàm omnes videor
tempestatum fluctus sedâsse,
omnesque ventos ab horto
nostro avertisse,

*Nescio quis densus supra ca-
put ingruit imber,*

Noctem hyememq̄ ferens.

Nam, ut nos maximè adole-
scentem, conjunctis viribus,
ita, ut dixi, in optimis linguis
& artibus instituemus: quid
tandem juvabunt nos operæ
laboresque nostri, nisi ado-
lescens in aliquam idoneam
& pietatis doctrinarumque
nomine insignem mittatur
Academiam: ubi majorem
post

pòst ingenii fructum possit
 capeßere? Sæpè enim acci-
 dit, ut, qui è trivialibus scho-
 lis, & benè educati, & libera-
 liter instituti, in Academias
 veniunt; ii non modò nihil
 ibi proficiant, nilq; ampliùs
 discant, sed ea etiam, quæ à
 nobis acceperunt, dediscant,
 & penitissimè obliviscantur.
 Quin imò non rarò in eas
 Academias mittuntur, ubi
 propter negligentiam pro-
 fessorum à pravis sodalitiis,
 in quæ incidunt, seducun-
 tur: & vitiis ac flagitiis sese
 paulatim ingurgitant. Nam
 invenias hodie Academias,
 in quibus non modò sacra-
 rum literarum, & Juris, ac

D 6 Me-

Medicinæ Doctores, negligenter docent, sed in primis etiam Philosophiæ, & Artium Professores aliqui, aut rarò, aut nonnulli etiam inscitè & indoctè prælegunt. Quid? quod Academias aliquas hodie reperias; ubi nulla ex Aristotele pagina explicatur, & apud quas ferè nulla est lectio aut exercitatio, neque Poëtica, neque Oratoria: nullæ item, aut perraræ disputationes publicæ, nullæ denique declamationes, sive Græcæ sive Latinæ? At, quæso te, qualisnam Academia est, in quâ jacet Aristoteles, tacet Virgilius, mussat Cicero? Jam verò

verò, ubi nihil solidè doce-
 tur à Professoribus, ibi non
 modò artes & disciplinæ, sed
 ipsi quoque Præceptores,
 Magistri, & Doctores paula-
 tim in contemptum abeunt.
 Ubi autem contemnuntur
 Academiarum Præsides, &
 Magistri, ibi vacua sunt au-
 ditoria discipulis, plenæ ta-
 bernæ & popinæ convivis;
 & ubi Academicæ exercita-
 tiones nullæ: ibi cerevisia-
 riæ trullificationes perpetuæ.
 Quæ igitur amentia est,
 quod parentes quidam nullo
 Rectoris scholastici, aut alius
 docti viri consilio adhibito,
 suapte sponte filios suos, ma-
 gno labore à nobis institu-

D 7 tos,

tos, in eas mittunt Acade-
 mias, ubi neque doctiores,
 neque meliores, sed sapenu-
 merò rudiores & deteriores
 efficiuntur! Non dicam,
 quòd in aliquibus Acade-
 miis interdum reperiuntur
 Professores quidam, iiq̄ue
 non postremi, qui aut nul-
 lam curant religionem, ho-
 mines Epicuræi, aut de reli-
 gionis cultu, & de ministe-
 rio verbi scabiosè, atque ut
 Cynicos decet, etiam coram
 discipulis loquuntur. Quin
 imò aliquos hodie reperire
 est, in nonnullis Academiis,
 versipelles & subdolos, qui
 cum aliud sentiant, quàm lo-
 quuntur, non audent reli-
 gio-

gionem suam, metu periculi,
 profiteri: sed tanquàm Pro-
 tei, & Vertumni, modò in
 hanc, modò in aliam spe-
 ciem se transformant. Quid
 igitur? Hisné tu commen-
 des filium tuum, quem ego
 in scholâ meâ tam sedulò,
 tamque diligenter institui,
 non modò in linguis & lite-
 ris, sed etiam in doctrinâ Ca-
 techeticâ? Quæso te, quis-
 quis es pater, si filium amas,
 si salutem illius consultum cu-
 pis, noli præcipiti consilio
 adolescentem hominem è
 scholâ nostrâ abripere; noli
 illum in locos quosq; tibi
 ignotos temerè, & inconsul-
 tis Præceptoribus, demitte-
 re.

re. Cur enim propaginem,
 palmiti Christo insitam; &
 à nobis in vineâ Domini re-
 ctè cultam, aut apro, aut ur-
 so alicui vastandam com-
 mittes? Atque hæc non eò
 dico, ut ullam Academiam
 (omnes enim amo, colo, ve-
 nerorq̃ue) vobis velim præ
 aliâ suspectam inuisamvé
 reddere, multò minùs, ut
 scholasticam nostram ju-
 ventutem aditum ullius Aca-
 demix cupiam prohibere:
 sed, ut Academies & earum
 præfides sui officii admo-
 neam, ut ipsimet hæc mala
 domi corrigant, & nostris
 discipulis idoneam in suâ
 scholâ crescendi occasio-
 nem

nem tantum præparent.
 Nam, si quem è Professori-
 bus suis vident aut negligenti-
 tem, aut libros proponen-
 tem Academicâ Magnificentiâ
 parum dignos, aut si
 quem compererint, de reli-
 gionis negotio ita ridiculè &
 scabiosè coram discipulis lo-
 qui, & malo exemplo ipsos
 lædere, hunc maturè & seve-
 riter inter parietes suos
 compescant, ne qua labes
 toti Academicæ propter
 unum aut alterum virum
 inutilem aspergatur. Cùm
 enim, qui in Academiis ver-
 santur, in illustri loco sint
 positi: ideòque neque dicta,
 neque facta latere nos pos-
 sunt.

sunt. Quòd si emendari possunt isti, sanè multùm mihi debebunt. Ex me enim scire jam incipiunt, quid ingenui homines in ipsis ferre non possint. Neque est, ut quisquam cogitet abs re, & frustra hanc curam & sollicitudinem animis parentum à me injicere, ut probè despiciant, ad quam Academiam transmittant liberos, qui à nobis tam sollicitè, & tanto cum studio fuerunt educati. Equidem vitatores & hortulani, quoties novellas è seminario in aliam terram vinalem transferunt, semper plagam cœli similem in translatiis retinent, ut neque Aquiloniæ

loniæ Meridianis oppositæ
Solib⁹ findantur, aut algeant
Meridianæ Aquilonibus. Ita-
que omnes arbusculos, pri-
usquàm transferantur, ru-
bricâ notare solent, ut, cùm
ferantur, easdem cœli partes
accipiant, quas etiam in se-
minario conspexerant; alio-
qui frigore, vel calore (ut di-
xi) laborabunt, ab iis parti-
bus, quas præter consuetu-
dinem sub alio tractu expo-
sitas habuerint. Quo respi-
ciens Virgilius in Georgicis
canit:

*Ante locum similem exqui-
runt, ubi prima paretur
Arboribus scges, et quo mox
digesta feratur,*

Mu-

*Mutata ignorent subito ne
semina matrem:*

*Ut quo quæq; modo steterit,
quâ parte calores*

*Austrinos tulerit, qua terga
obverterit axi,*

*Restituant: adeò in teneris
consuescere multùm est.*


Quòd si vinitores & hortula-
ni tantam curam, & vigilan-
ciam in transferendis vitibus
adhibent, ne vini radices de-
generent: quantò majori
studio nobis in id elaboran-
dum, totisq; mentibus atq;
animis, dies noctesq; infi-
stendum, ut vites novellas,
quas nos quotidie in circuitu
mensæ nostræ aspiciamus, è
seminario scholastico, in
eam

eam maximè Academiam
transmittamus; quæ & reli-
gionis cultu, & eorundem
studiorum societate, huic se-
minario nostro sit perquam
similima? Cur enim semi-
narii cura major sit, quàm
soli, in quod transferuntur
arbusculæ? Cur succosior
sit obstetrix, quàm nutrix?
Cur melius sit constituta
schola trivialis, quàm Aca-
demia? Meminerint ergò
non tam Parentes, & scho-
larchæ hujus loci, quàm
Principes ipsi, & nutricii
Academiarum, quid in re-
formandis Academiis, sui sit
officii, ne, quas reformari
interdùm à se credunt, eas
mul-

multò fœdiùs , quàm antè
 fuerint, deforment. Quòd
 si aliqui suo , in hâc parte,
 officio defuerint , nos certè
 extra culpam erimus , ut qui
 tempestates & procellas va-
 rias satis prædiximus.

Quod reliquum est , oro
 filium Dei , Christum Opti-
 mum Maximum , ut , quod
 hodie quoque precatus sum,
 is & colonis nobis , & plantis
 nostris , suam largiatur gra-
 tiam , ut omnis plantatio
 nostra frugifera sit , neque
 ulla unquàm ex agro Domi-
 ni eradicetur. Idem & om-
 nes ventos , & hyemes ar-
 ceat , ut ne hortum nostrum
 scho-

scholasticum lædant, tan-
demque nos omnes sibi pal-
miti, & veræ viti insitas no-
vellas fructum ad vitam
æternam facientes centu-
plum, ex hâc lacrymarum
valle, in cœlestem il-
lum Paradisum
transplanter,
Amen.



Ad



Ad Lectorem

FRIDERICVS
HERMANNUS
Flayderus.

UT PAGELLÆ,
quæ sequuntur, va-
cantes, compleantur: en,
Lector Benevole, Tibi
etiam hæc sequentia car-
mina, ab ipso quoq, no-
stro Nicodemo Frischli-
no olim conscripta, & ha-
ctenùs nunquam edita,
libet

libet adjungere : qua , si
 Tibi non displicere ani-
 madvertam, ecce, hujus
 Authoris, certè ingenio
 & eruditione cum pau-
 cissimis conferendi, ad-
 huc plurima scripta pul-
 cerrima, & Studiose
 Juventuti, propter sin-
 gularem stili facilitatem
 & candorem (nostro ævo
 virtutes raras) non inu-
 tilia, ut spero, futura,
 foras edam, jurisq; pu-
 blici faciam: qua inte-
 E rim

rim à me liberali custo-
diâ intra Vesta penetra-
lia asservantur, Et non
nisi à paucissimis, à qui-
bus illa vel accepi, vel
quibus legenda dedi,
hactenus visa
fuerunt.

— (o) —



I N



I N B A R B A M
S I B I A B R A S A M,
more aulicorum: ad D. CA-
 SPARUM SCHE-
 CKIUM.

U T video speculi nostros
 in imagine vultus,
 Quæq; ori est facies aulica
 facta meo:

Rideo non aliter detonsæ ru-
 dera barbæ,
 Quàm risi hesternò vespere
 labra tua.

Qualis enim rasis est quon-
 dam falcibus agris,
 Talis inest ori larva rese-
 cta meo.

E 2 Vix

Vix ego crediderim tam tor-
va fuisse Medusæ

Lumina , quàm nostris
sunt heri facta genis.

Me quoties conjux mea con-
spicit : ore profundo

Sæpè nivis lacrymæ more
cadentis eunt.

Flent etiam natî, Fridericus
& abnegat ipse

Oscula : conspectum de-
stituitque meum.

Quin ancilla etiam me dete-
statur , & usque

Despuit : in facie est tanta
ruina meâ.

Ipse sed , ut stultæ lacrymas
derideo turbæ ,

Est aliquid lætum flenti-
bus esse suis.

Con-

Constitui hoc igitur præle-
gâ Æneide tueto

Tempore, dein reliquâ lu-
ce manere domi.

Tu si fortè queas binis mihi
adesse Daleris:

Auxilium quæso fer mihi
ritè tuum.

Nam mea non ullo est num-
mové obulové crumena

Instructa: & cunctis rebus
egena domus.

Accipies iterum justo cum
fœnore, cumque

Gratibus, in paucos Ca-
spar amande dies.

Τ. ἀβάρηⓄ ἢ ἀβοχέρηⓄ
ΦριχλίνⓄ.

L A.



LAGENAM
SIBI MISSAM
vino impletam, remittit eva-
cuatam Nobilissimo Samue-
li à Rischach, Illustrissimo
Principi, ac Dn. Dn. Fri-
derico, &c. olim à di-
sciplinâ & præ-
ceptis.

I, *clarâmq; domum, dominumq;*
re vise benignum,
Exhilarans mœstum plena
lagna caput.
Ebria venisti, nunc ad tua limi-
na tendes
Sobria : potorem sic imitare
tuum.

Cum

*Cum Ducis angustas iterum suc-
cesseris ades,*

*Poplite submisso talia verba
refer:*

*Reischachere decus praestans, &
nobilis aule*

*Rector, in exiguos aura beni-
gna viros,*

*Te Frischlinus amat; & verbo
supplice poscit,*

*Ut veniam hesternae des in
amore precii:*

*Quod tibi depositio carmen prope
turpe pudore*

*Misit, & est ausus poscere vi-
na tua.*

*Da veniam, nullo post unquam
tempore poscet*

*At sens, sed praesens pocula
vestra bibet.*

E 4 Ele-



Elegia

Nicodemi Frischlini,

Ad

ERASMV M
LAYMINGIUM,
Magnum Curiaë Würtem-
bergiaë Magistrum, &c. de
N. Wildnovio, Castri
Uracensis Capi-
taneo.

*Qui morbo egrotat, quan-
tumvis dulcibus escis,
In plumâ possit versicolore,
frui:*

Non

Non tamen huic aliquem, vel
 stragula picta, soporem
 Conciliant, labris esca nec ulla
 sapit.

Sim licet auratis captus laquea-
 ribus ædis,
 Circumeatq; meum purpura
 multa latus:

Non tamen, aut cura patientur
 ducere somnum,
 Aut sapient nostræ fercula
 lauta gule.

O Layminge, decus: quantum vir
 sanus ab egro
 Discrepat; à capto liber; ab
 arce casa?

Me meus, ut verè generoso stem-
 mate natus
 Wildnovius ceu sim, pascit,
 inescat, amat:

E s Sepè

Sapè adit, & tristem vultu sola-
tur amico,

Interdùm lacrimas & mea
dicta levat.

Non rarò culpatur, quoties laxare
dolori

Frena videt, duros sapè dat
ore sonos.

Ut cœlum interdùm videas con-
stare serenum:

Interdùm obductum nubibus
esse polum:

Sic meus hic custos (quo vix stu-
diosior alter

Hos nostri toto cernitur orbe
Ducis.)

Interdùm ridet, quoties hilara-
vit egenum,

Interdùm frontem contrahit,
ore bonus.

Hunc

Hunc mihi custodem voluit Deus
esse, Duci^q

Pro tam clementi pectore gra-
tus ero.

Crede mihi, si quis numeret mihi
munera Cræsi:

Non cupiam, ut quicquam
hic impatienter agam.

Toto hoc quo vixi, tantâ captivus
in arce,

Tempore, constantem vidit,
& esse parem.

Si Princeps babeat similes hoc
tempore multos,

Non illi similem dixeris esse
Ducem.

Ut fuero liber, pro nobilitatis ho-
nore

Wildnovium propter, carmi-
na mille canam.

Qui

*Qui nisi me miserum verbis re-
creasset amicis:
Cœpta mihi Hebrais, sed sine
sine, foret.*

U R A C I, E X
Carcere.

F I N I S.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, including the word "Gott".

Vertical column of handwritten text on the right side of the page, likely a list or index.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a footer or a concluding note.

